

ſtruentium pueros, ſive maſculos, ſive puella, niſi prævia licentia Scholaſtici, ſi ibidem aliquis ſit.

Hoc jus Scholaſtici, non tantum quoad Scholas ordinarias & Parochiales; ſed & *Charitatis*, id eſt, in quibus pauperes gratis docentur, non ſemel in judicio contradictorio nrmatum eſt, ac notanter in Parlamento Pariſienſi 23. Jan. 1680. pro Scholaſtico Ambianenſi contra ejuſdem civitatis Parochos; uti referitur in compilatione quadam Arreſtorum cui titulus *Journal des audiences tome 4. lib. 3. c. 4.*

XIV. Ubi verò Scholaſticus deſt, juxta citatum Caroli V. Edictum, nullus ad inſtructionem puerorum admitti poteſt, niſi prævia admiffione & approbatione primarii Officialis loci, & Parochi Eccleſiæ Parochialis infra cujus fines reſidere intendit. Edictum verò Principum ad Synodum Mechlinienſem *art. 1.* requirit licentiam Archipreſbyteri ſeu Decani Ruralis & primarii Officialis.

Synodus Antverpienſis ſub Miræo *tit. 9. cap. 2.* cum præcepiffet in pagis inſtuiti Scholas, ſubjungit: „Ludimagiſter conſtituatur à *Paflore Magiſtrau & Primario* Parochia Incolis (qui curabunt de necellario ſtipendio ei pro- videri) cum conſenſu Decani Ruralis.

XV. Cæterum circa jus allumendi, aut præſentandi Magiſtros aut Magiſtras Scholarum, Lex fundationis, & conſuetudo loci plurimum attendenda ſunt; quænam modum de nominatione vel electione Adituorum & Magiſtrorum Menſæ pauperum alibi notatum eſt.

XVI. Certum nihilominus eſt, Scholaſtico tamquam Scholarum Magiſtro generali curam & ſuperintendentiam Scholarum civitatis & ſibi ſubjectarum primario incumbere.

Hinc paſſim Synodi præcipiunt, ut Scholæ ſæpe viſitentur à *Scholaſticis* Cathedralium & Collegiarum Eccleſiarum; ita Synodus P. II. Cameracenſis *tit. 2. cap. 2.* Synodus P. II. Mechlinienſis *tit. 20. cap. 4.* vult ut „Scholæ Scholaſticis Capitulorum ſubjectæ, ab iſdem Scholaſticis, cate- ræ omnes ab Archipreſbyteris, vel aliis ab Ordinario De- putatis, ſingulis ſaltem *ſemeftris* ſeriò viſitentur.

XVII. Scopus hujus viſitationis eſt, ut ſciatur an juventus ritè inſtituatur, quis ſit puerorum in litteraria ſcientia & ſcriptionis peritia profectus; an Magiſtri Magiſtræ viſtræ inſtruentæ, erudiendæque juventuti ledulo ſe impendant; modum convenientem, prudentiamque in regenda juventute teneant; quos libros pueris prælegant, aut legendos tradant, aut legere permittant; an nulli prælegantur, qui turpe aut obſcœnum quid contineant, aut bonis moribus, vel fidei Catholice adverſum; curentque ut libri legantur, qui pueris pietatem & morum honeſtatem inſtillent: qua de re frequenter ſunt Synodorum monitiones.

XVIII. Ulterius monet citata Synodus Antverpienſis *cap. 3.* „Habeant autem rationem Ludimagiſtri, ut tenera ætas in pietate & morum modeſtia inſtituatur; ideoque ad catechizationem diſcipulos ſuos deducant, eoſque ibi

exiſtentes in diſciplina contineant; & ipſimet præceptores pro captu diſcipulorum ſuorum diebus Sabbathi poſt meridiem fidei noſtræ rudimenta explicent. Diebus Dominicis & Feſtis ad Miſſam parochialem, atque ut minimum quater in anno ſimul ad confeſſionem Sacramentalem deducant; ipſique magiſtri bono vitæ ſuæ exemplo diſcipulos ad virtutem provocent, & ab omni tabernaculo frequentatione aliſque levitatibus abſtineant. Ubi autem conſuetudo Laudis B. Mariæ quotidie, vel ſaltem Sabbatho decantandi à Scholaſticis intermiſſa eſt, quantum primùm reſtituatur.

XIX. Et quidem prima Scholaſtici, aliorumque Scholis ſuperintendentium ac viſitantium ſolicitudo & ſtudium eſſe debet, ne tenera ætas in Scholis vel ab ipſis Magiſtris, vel focis corrumpatur; ſed in Baptiſmali innocentia, quantum fieri poteſt, conſervetur.

Hunc quoque in ſinem optant Synodi noſtræ, ut „tam in Dominicalibus, quam in aliis quibuſcumque Scholis, maſculi à viris, & puellæ à mulieribus tantum inſtruantur: ubicumque tamen id obtineri non poterit, ſaltem locis & interſitiis maſculi à puellis ſeparantur. Ità Synodus P. II. Mechlinienſis *tit. 20. cap. 3.* Similiter Synodus Cameracenſis anno 1604. *tit. 2. cap. 2.* ait. „Eadem Scholas in oppidis præſertim & aliis locis celebrioribus ſimul, non frequententer pueri & puellæ; ſed viri maſculi, & feminae puellis, quantum fieri poteſt inſtruantur præſent.

Cumque Scholaſticus Ambianenſis viſitando ſcholas,prehendiſſet, nonnullos Ludimagiſtros ad ſuas ſcholas admittere puellas; & Ludimagiſtras admittere maſculos, querela delata ad Parlamentum Pariſienſe declaratum fuit 5. Jan. 1677. veritatem eſſe Viris admittere puellas, & feminis admittere maſculos; idque antea non ſemel judicatum fuerat; uti referitur ad calcem citati capituli libri cui titulus *Journal des Audiences.*

XX. Quamvis Scholarum viſitatio præcipue ruralium, & quæ Capitulorum Scholaſticis non ſubſunt, Decano Rurali in Synodiſis ſit commendata, nequaquam Parochis earum cura adempta eſt, quæ ipſis jure quaſi naturali incumbit.

Quin citata Synodus Antverpienſis *cap. 1.* vult ut Scholæ in pagis ſint in loco aliquo juxta templum: rationem ſubjiciens: „Ut tam Præceptores quam diſcipuli frequentiffimè à Paſtoribus aliſque viſitari, obſervari, & in religionis noſtræ initiis commodius exerceri poſſint.

Synodus P. I. Cameracenſis *tit. De Scholis cap. 5.* „In omnibus Parochiis ſint qui doceant primam juventutem, maxime in his, quæ numeroſam plebem habent: Paſtor, que ſingulis menſibus diligenter inquirat, quantum promerit, fiat pueritia; idque maxime provideat, ut à teneris annis imbuatur timore, & amore Domini, ne corrumpatur, ulla licentiâ, aut doctrinâ, quæ nec religioni, nec bonis moribus reſpondeat.

12. Sponſalia clandestina licet illicita, ſunt tamen valida.

13. Sponſalia impuberum de jure valida ſunt.

14. A Parochis hoc non admittenda.

15. Deſponſati inſtra breve tempus debent ad Matrimonium procedere; & quare?

16. Monendis Deſponſis ne ſimul habitent, aut familiaris ſimul converſentur.

Sponſalium ſive Sponſalium nomen, tametsi diverſimodè præſertim apud Juſiſ conſultos ſumatur; atque ſubinde Sponſalia de præſenti, etiam veniant nomine Sponſalium; & ante conſummationem Matrimonii, vir & uxor dicantur *Sponſus & Sponſa*, nihilominus magis proprie ac frequentius in Legibus ac Canonibus accipitur pro Sponſalibus de futuro; neque hodie alia eſt Sponſalium ſignificatio. Sponſalia enim de præſenti ſunt ipſum Matrimonium ratum non conſummatum; nec hodie nomine Sponſalium ſignificari ſolet; niſi expreſſè addatur, *De præſenti*; cenſeturque quaſi particula alienans, quaſi nomen *Sponſalium*, ad alienam ſignificationem transferens.

II. Sponſalia proprie dicta, ſive de futuro dicuntur in *Canone 3. cauſ. 30. q. 5. Futurarum nuptiarum promiſſio*. Et in *L. 1. ff. De Sponſalibus: Mentio & repromiſſio nuptiarum futurarum*; quæ quidem definitio oſtendit, tanto Sponſalia diſſerre à nuptiis, quanto ſpes diſtaret à re ipſa, ut notat Cujacius in recitationibus ad titulum *Codiciſ De Sponſalibus*.

III. Olim apud Romanos ferè ſemper Sponſalia nuptias præcedebant, uti teſtatur Juſiſ conſultus in *L. 2. ff. De Sponſalibus*: „Sponſalia (ait) dicti ſunt à ſpondendo: Nam moris fuit Veteribus ſtipulari & ſpondere ſibi uxores futuras.

Nec tantum apud Romanos Gentiles, ſed & Chriſtianos & Catholicos hæc fuit olim conſuetudo, ut nuptiis Sponſalia præmitterentur; quare in Libris Juris Canonici Sponſalia Matrimonio præmitti ubique videmus; ac ſi ſupponeretur, hæc tanquam præambula ipſum Matrimonium præcedere debere.

Unde & ipſum Paſtorale Mechlinienſe, ubi de Sacramento Matrimonii Parochos inſtruire intendit, antea de Sponſalibus agere voluit; monetque: „Matrimonii Sacramentum, juſtas ob cauſas ex *Eccleſiæ conſuetudine*, præcedere debent Sponſalia.

IV. Sponſalia hæc tanquam præambula, ac quaſi initialia Matrimonii, juxta mentem Eccleſiæ etiam publicè, non clandestinè coram Sacerdote inſtuta ſunt.

Et quidem juxta Manuale Cameracenſe „Sponſalia à nemine, præterquam à Parocho alterutrius Deſponſandorum, vel ejus Vicario ſeu alio de ipſis vel Ordinarii licentiâ, ſunt celebranda.

Idipſum paſſim omnia Ritualia inſnuant; Parochum ubique Legitimum ac Ordinarium Sponſalium Miniſtrum coram quo Sponſalia ineunda ſunt, ſupponentia.

V. Notat inſuper Rituale Mechlinienſe, quòd dum Deſponſandi ſunt diverſarum Parochiarum, coram Paſtore Sponſæ Sponſalia iniri conſueviſſe. Merito: tum ob honeſtatem quamdam, honeſtius ſiquidem eſt, ut Sponſus videatur Sponſam in ſua Parochia querere, quam econtra: tum ad vitandas emulationes inter Parochos. Quapropter ſive in Sponſalibus ſive Matrimonio hæc conſuetudo mutari non debet; neque tamen Parochus Sponſæ nimis eſſe difficilis ad aliud ob rationes permittendum.

VI. Synodus P. I. Cameracenſis *titulo De Matrimonio cap. 6.* vult, ut „Sponſalia loco ac tempore ſiant commo- do: id eſt, non in cenopolis, aut tabernis potatorii: ſed in loco ſacro: non poſt diſſolutas comotationes: eurentque, ut & Sponſus & Sponſa ſobrii, non ebrii, neque aliâs mente capti ſponſalia ineant.

Van Eſpen Jur. Eccl. P. II.

Illius Eccleſiæ Manuale magis ſpecificè locum Sponſalium designans, ait: „Non aliter quam publicè, aut alibi, quam in Eccleſiâ, vel ſacra Capella, vel cameterio ſiant.“ Addit Mechlinienſe: „Aut alio loco publico ſeu honeſto loco; minime verò in cauſis.“

Deinde monet Parochum, *Videat*, num deſponſandi ſobrii ſint, ac animo benè deliberato. Nequaquam igitur recentes à poſtulatione, & nugis procatonibus ad ſponſalia admittendi.

VII. Requirit inſuper Ritualia, ut adſint ad minus duo teſtes; imò vult Mechlinienſe, „videat Sacerdos, an adſint, utriuſque partis parentes, aut alii eorum nomine, ſine quibus temerè procedere non debet.

VIII. Inquirat præterea, an contracturi Catholici ſint, ſcientes noſtræ fidei rudimenta, & an Conſirmati ſint, an ſciamus intereſſe aliquod impedimentum Canonicum.

Quia Sponſalia ob connexionem cum Matrimonio res quaſi Sacra cenſetur, & ad Sacramentum proximè diſponens, ac quodammodo ipſius Sacramenti inchoativa ab Eccleſiâ reputantur, volunt Ritualia, ut Sacerdos illa celebraturus, ſtola ſeu ornamento Officii ſit indutus, uti loquitur Rituale Mechlinienſe.

Addit deinde idem Rituale, ut ubi de omnibus jam dictis certior factus eſt, futurum Sponſum interroget: *Peniſti huc tua libera voluntate. à nullo coactus nec ulli alii alligatus, ut promittas te ducturum in legitimam uxorem N. quam hic manu tenes?* Sub eadem verborum formula dein Sponſam interrogare debet.

Hoc merito notandum, ut hæc aliæve interrogationes non inſtituantur aut proponantur modo planè perfunctorio; & tanquam ceremoniales quædam formulæ, ad quas vix attendi ſolet: ſed ita, ut deſponſandi ad omnia attentè reddantur, jubeanturque ſeriò ſingula expendere; præſertim ſi parocho ſuſpicio aliqua non inſundata ſit, quod aliqua ſubſint, quæ ipſa Sponſalia, aut futurum Matrimonium impedire, aut etiam invalidum reddere poſſent.

IX. Ad interrogata affirmativè reſpondentibus deſponſandis, fidem ſibi mutuò faciunt hac formula idiomate vulgari expreſſa. *Ego in præſentia aſtantium promitto me daturum fidem meam tibi N. quam hic manu teneo. & te ducturum in legitimam uxorem meam, ſi non obſiſterit aliquod Canonicum impedimentum.*

Simili promiſſione à Sponſa facta ſubjungit Sacerdos: *Et ego tamquam Miniſter Eccleſiæ Dei ejus nomine hanc veſtram mutuam promiſſionem accepo & approbo.*

X. Hæc ſunt publica ac legitima ſponſalia, quæ Matrimonio ob juſtas cauſas ex conſuetudine Eccleſiæ præmitti debent cenſet Rituale Mechlinienſe; de quibus tamen nihil Rituale Romanum; ut ſat verifiſimè ſit, conſuetudinem præmittendi Sponſalia cum his ceremoniis, non eſſe univerſalem.

XI. Interim *juſta cauſa* iſtius conſuetudinis eſſe poſſunt hæc & ſimiles. Ut conjugandi tempore aliquo antequam ſint Matrimonium contracturi, nomen ſuum dent Eccleſiæ ſeu ejus Miniſtris; quò interea de eorum qualitatibus, atque de his quæ in contractu Matrimoniali requiruntur inquiri poſſit: uti olim pro Baptiſmo nomen ſuum dabant Catechumeni; pro abſolutione obtinenda poenitentes; & pro Ordinibus adhuc hodie vult Eccleſiâ ut antea nomen ſuum dent Candidati. Deinde ut de eorum conſenſu conſtet, antequam procedatur ad proclamationes. Denique ut obvietur ſponſalibus ſeu promiſſionibus clandestinis, unde plurima oriuntur incommoda; quæque propterea multum diſſuaderi debent utriuſque ſexis juventuti.

XII. Porro quamvis Ritualia, Sponſalia publicè celebrari exoptent, atque clandestina improbent, nequaquam tamen ea invalida aut non obligatoria exiſtunt. Imò manuale Cameracenſe poſtquam dixit Sponſalia à nemine præterquam à Parocho alterutrius Deſponſandorum vel ejus Vicario, ſeu alio de ipſis vel Ordinarii licentiâ eſſe celebranda, immediate ſubjicit: *Etſi aliter facta irrita non ſunt.*

Cumque nonnulli crederent ex ſponſalibus clandestinis

TITULUS XII.

De Sponſalibus & Matrimonio.

CAPUT I.

Quomodo Sponſalia contrahenda; & quod circa illa Parochorum Officium?

1. Sponſalia proprie ſignificant ſponſalia de futuro. Horum Definitio.
2. Olim Matrimonio præmitti ſolita; & merito hodie præmittuntur.
3. Sponſalia publicè coram Parocho contrahenda.

5. Potius coram Parocho ſponſæ quam ſponſi & quare?
6. Quo loco Sponſalia contrahenda; & qualiter deſponſandi debeant eſſe diſpoſiti.
7. De teſtium & conſanguineorum præſentia in celebratione Sponſalium requiſita.
8. Que per Parochum à Deſponſandis inquirenda?
9. Formula contrahendorum Sponſalium.
10. Conſuetudo contrahendi publicè coram Parocho Sponſalia non videtur univerſalis.
11. Conſuetudo hæc laudabilis, & merito conſervanda.

nullam oriri obligationem; sed ea ex Decreto Concilii Tridentini esse irrita nullamque obligationem inducere, Synodus Dioecesis Mechliniensis huic errori occurrere volens Decretum seu declarationem edidit his verbis: "Cum Sponsalia de futuro à sacro Concilio sint relicta intacta, atque ita relicta in terminis & dispositione Juris communitatis, præterquam quod per copulam carnalem non transeant in Matrimonium, certum est, ea esse valida & servanda, si debere, etiam coram Parocho & testibus contracta non fuerint.

Ut ergo de *validitate* & obligatione sponfalium statuat, inspiciendum est etiam hodie jus commune.

Hoc jure autem sponsalia contractibus, qui solo consensu inveniunt, à numeranda sunt: utpote quæ ad actus *validitatem* solum consensum externè sufficienter expressum requirunt. Unde juxta jus commune sponsalia nihil aliud sunt, quam futurarum nuptiarum promissio.

Sicuti autem in contractibus civilibus *solo consensu* constantibus requiritur ut de consensu illo externè sufficienter constet, ipsorumque validitas ab illo unice dependet, neque attenditur consensus *merè* internus nullo signo exteriore expressus; ita quoque circa sponsalium validitatem unice attendi debet consensus externè manifestatus, insuper habito consensu *merè* interno soli Deo cognito; quique hominibus innotescere nequit: ac per consequens non permittit humana societas, ut ab illo dependeat contractus, qui inter homines inveniunt.

XIII. Si jus commune spectemus, impuberum sponsalia valida sunt, toto titulo Decretalium *De Desponsatione impuberum*; atque ad eorum validitatem sufficit ætas septem annorum, imò & minor, si malitia suppleat ætatem; id est, si usus rationis ætatem illam præveniat, ut multis probat Thomas Sanchez loco citato *Disp. 16.*

XIV. Verum hodie sponsalia saltem publica, quæ coram Parocho ritu præscripto contrahuntur inter impuberes sine Superiorum auctoritate, non sunt admittenda, atque ætatem in Desponsandis quæ proximè ad Matrimonium sufficit, sat aperte requirunt Ritualia & Synodi.

XV. Manuale enim Cameracense expressè vult moneri Desponsatos, ut infra *quadragesima* dies ad Matrimonium promissum procedant; alioquin deferendi ad Officialem, nempe postquam adhuc moniti fuerint.

Similiter Synodus Audomarenfis *tit. 10. cap. 4.* præcipiunt Parochi eis, quos ad sponsalia contrahenda admittunt, ut infra *quadragesima* dies proximos (nisi canonicum impedimentum obvenerit) Matrimonium ipsum contrahant, nec diutius illius solemnizationem differant, absque nostra aut Curia nostra licentia.

Synodus Dioecesis Mechliniensis *tit. 9. cap. 5.* præcipit, ut "Parochi sponsalia coram se contrahentes admoveant, ut ad periculum incontinentiæ, aliæque inconvenientiæ evitanda, intra *sex septimanas* post factas proclamationes, si canonicum impedimentum denunciatum non fuerit, ad Matrimonii solemnizationem procedant. "Idem habet Synodus Bulcoducensis sub Masio *tit. 10. cap. 6.* insuper addens: "Et si præscripto tempore non processerint, eos Curia nostra infinet.

Hæc manifestè indicant, supponi desponsandos in ea esse ætate; ut infra tempus illud ad Matrimonium procedere possint: quamvis sponsalia ab impuberibus irrita non irritent, aut absolute reprobent, quare nec ea quæ de jure communi circa desponsationem impuberum decreta sunt, hodie abrogata sunt; sed quia hujusmodi sponsalium usus rarior est, sufficit, casu aliquo occurrente, consulere Commentatores Decretalium ad titulum *De Desponsatione impuberum.*

XVI. Monendos insuper volunt desponsos conformiter ad Synodum Tridentinam *Seff. 24. cap. 1. De Reformat. Matrimonii*, "ne ante contractum Matrimonium sub eodem tecto simul habitent, aut carnale commercium mutuo habeant; "uti loquitur Rituale Mechliniense: vel ut

disertius Manuale Cameracense: "Honestè se gerant, nec in eadem domo cohabitent: aut simul maneant: "vel quemadmodum ait Synodus Audomarenfis *tit. 10. cap. 4.* "Ne ita cum altera alter versetur, ut fornicationis periculum aut suspicio esse possit.

Merito sanè inhibentur Desponsi ea, quæ alii vetita non sunt: eò quòd hæc jam tantò ipsis periculosa sint, quò magis crescit affectus & spes propediem Matrimonio potiendi, & securitas à dedecore, quod nondum desponsati timent.

Itaque seriò à Parochis dehortandi sunt Desponsi ab omni eo quod ipsis hæcenus non licuit, nec proinde adhuc licet. Nec tantum timor inferni, amorque puritatis ipsis inculcandus; sed etiam infamix metus, nec non periculum infaulti Matrimonii, quod sæpe accidit ob impuritates istas præcedentes. Cæterum notum est, has etiam in Belgio, præsertim inter homines tenuiores, esse non parum frequentes; quapropter seriatim admodum oportet esse hanc monitionem.

CAPUT II.

De Vinculo Sponfalium, eorumque Dissolutione.

1. *Sponsalia solo consensu contracta pariunt obligati onem ad contrahendum Matrimonium.*
2. *An Desponsi absolute sint cogendi ad contrahendum Matrimonium?*
3. *An per censuram cogi debeant.*
4. *Aliquando ob scandala aliæque incommoda desistendum à coactione.*
5. *Quomodo de his judicari constare debeat?*
6. *Judex in his prudenter procedere debet.*
7. *In Gallia judex Ecclesiasticus cogere non potest per censuras vel condemnare ad dotandum.*
8. *Nequidem incidenter de dote aus alimentatione cognoscere potest.*
9. *Officialis Episcopi non potest condemnare alternativè Duc vel dota.*
10. *Quid circa hac in Belgio obtineat.*
11. *Sponsalia solo consensu inusta, mutuo consensu dissolvuntur.*
12. *Falut regula in Sponsalibus impuberum, & quare.*
13. *Sponsalia sæpius etiam sine mutuo consensu dissolvuntur.*
14. *Ad dissolvendum Sponsalia non sufficit superveniens causa, quæ retraxisset à Sponsalibus contrahendis.*
15. *Quid præcipue attendendum ut sciatur, an ob supervenientem aut detectam circumstantiam absoluta sint sponsalia.*
16. *Nonnulla sunt quæ impedivissent contrahi Sponsalia, & non dissolvunt contracta.*
17. *Attendenda conditio personarum.*
18. *Attendendus modus initorum Sponfalium.*
19. *Sponsalia subinde dissolvuntur dumtaxat ex parte unius.*
20. *Interdum tantum effectus ad tempus suspenditur.*
21. *Per absentiam unius dissolvuntur subinde.*
22. *Quid circa dissolutionem Sponfalium hodie in Belgio requiratur?*



I. Sicuti ea est omnium contractuum, qui solo consensu perficiuntur natura & conditio, ut mox à præfuto consensu obligationem pariunt ipsosque contrahentes ad contractum adimpletionem adstringant, ita quoque Sponsalia mox ut vel solo consensu, si ve verbis si ve nuptiis si ve signis externis

externis sufficienter exteriori expresso, contracta sunt, obligationem pariunt, ipsosque contrahentes obligant, ut tempore debito, quod promissum est, impleant, id est, nuptias promissas contrahant.

Unde in *Cap. 2. De Sponfalibus* scribit Pontifex: "Præterea hi, qui de Matrimonio contrahendo pure, & si ne omni conditione fidem dederunt, commonendi sunt, & omnibus modis inducendi, ut fidem præfutam observent.

II. Post hæc tamen subjungit Pontifex: "Si autem se ad invicem admittere noluerint: ne forte deterius inde contingat, ut talem scilicet ducat, quam odio habet, videtur, quod ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

Ex hoc textu nonnulli credunt, vi promissionum matrimonialium seu Sponfalium obligari quidem promittentem etiam *ex justitia* ad contrahendum Matrimonium, & promissionem adimplendam; sed tamen *absolute* renitentem per censuras non esse cogendum, ne invitatus ad Matrimonium cogatur. Quid clarius indicare videtur Pontifex in *Cap. 17. eod.* Interrogatus enim, "quæ censurâ mulier compelli debeat, quæ jurisjurandi religionem neglectam habere renuit, cui se nupturam interposito juramento firmavit; respondit: "Quod cum libera debeant esse Matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

III. Verum quidem est, Pontificem in *Cap. 10. eod.* respondisse, quod si is, qui jurejurando aliquam in uxorem ducere promissit, monitis Episcopi non acquieverit, *Ecclesiastica censura* eum compellat, ut ipsam in uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet; sed tamen addit hanc parenthesim: *Nisi rationabilis causa obstiterit.*

Ad hæc parenthesim reflectens Cujacius in expositione hujus Decretalis, ait: "Exempli gratia rationabilis causa est, si illo coacto ad peragendas nuptias prospiciatur periculum aliquod grande discordiæ & odii acerbioris.

Itaque aliud non videtur hic velle Pontifex, quam judicem omni modo ancti debere, ut promissionem suam, præsertim juramento firmatam, partes adimpleant; idque etiam per censuram; nisi perspicatur, quòd hæc coactio difficultes exitus sit habitura; ut propterea merito ab illa *absolute* coactione absteatur, & contrahens suæ promissioni in *patientia* toleretur; ut loquitur Pontifex in *Cap. 2. eod.*

IV. Hanc interpretationem & conciliationem textuum probat quoque Thomas Sanchez *De Matrimonio lib. 1. disputat. 29.* rationem ulteriorem assignans cur eo casu merito à coactione judex absteatur; "quia judicis est (ait) compellere ubi fini Matrimonii expediret ex fine enim desumenda est necessitas mediorum sed in eo casu non expedit fini Matrimonii cogere, sed potius mutuum obsequium, quod ipsius finis est, impediatur... Item quia tunc judex coactionem denegans, actori favet; vitat enim ipsius grave damnum, ut si petenti proprium gladium ad se necandum judex denegaret. Tandem, quia expedit, Ecclesiæ am minus malum permittit, ut majus vitet; majus autem malum est scandala & perpetuas inimicitias oriri, quam fidem Sponfalium frangere: justè igitur Ecclesiæ hoc permittet, gratia illud vitandi.

V. Hæc ille, qui deinde *num. 6.* notat, necesse non esse, ut judicis constet juridicè de scandalo ob quod à coactione desistat; sed sufficere ut judex ex circumstantiis, quas præ oculis habet, prudenter arbitretur ea scandala secutura esse: totum enim id negotium arbitrio & prudentiæ judicis videtur esse commissum.

VI. Insuper *num. 7.* monet, id esse concedendum primæ sententiæ (id est illi, quæ ait non esse cogendum, sed si monitis non acquieverit, relinquendum, cuius Auctores citat *num. 2.*) "Judicem prudenter debere procedere absque stri-

ctissima coactione, ne consensus requisitus ad Matrimonium deficiat: quare si sponsum ita obstinatum esse videat, ut libere Matrimonio consentire repugnet, monitione potius, quam coactione utatur.

VII. Cum autem vix sperari queat prosper successus Matrimonii, dum alterutra pars per censuras simileque penas ad contrahendum planè invita coacta accedit, hodie receptum esse in Gallia testatur Claudius De Blondeau in Bibliotheca Canonica verbo *Mariages* pag. 87. edition. 1689. "Quod si de initis Sponsalibus si ve factâ promissione constet, judicem Ecclesiasticum pronuntiare posse, fidem esse exsolvendam, & Matrimonium contrahendum, quod si Sponsus recuset, ipsi esse imponendam penitentiam, aut erogationem elemosinæ ob fidem violatam: sed ad dotandam vel intertinendam sponfam cogere sponsum non posse, etiam si id olim fieret per excommunicationem. Dissolvit autem Desponsos (ait) & permittit, ut ad datum & interesse agant coram judice seculari.

VIII. Observat quoque Choppinus De Sacra Politia *lib. 2. tit. 1. num. 15.* usum receptum non esse in Gallicis Tribunalibus Rescriptum Clementis III. in *Cap. De Prudentia De Donat. inter virum & uxorem.* Pontificia notionis esse jura dotium, perinde ac nuptialis sponsonis, judicioque terminata Matrimonii controversia, dotis cognitionem in Prætorio Episcopi superfore. Ast moribus nostris (ait) vinculo tenus connubiali Præfatum est profanus jus reddere, tamquam de Ecclesiastico Sacramento. Eo autem functis nullum superest de dote judicium, nec de nuptialis quidem muneris restitutione, tametsi conjugium pactioum arrhabonis & appendicis cujusdam.

IX. Unde si Officialis Sponsum condemnaret non simpliciter ad contrahendum Matrimonium; sed alternativè *duc vel dota*, censeretur abuti sua jurisdictione, atque per appellationem tamquam ab abusu sententia cassaretur, uti tradit Carolus Fevretius tractatu *De Abusu, lib. 5. cap. 1. num. 16.* quia in Gallia nullo modo potest judex Ecclesiasticus, ne quidem *accessorie*, de dote cognoscere; referretque anno 1604, solemnem Arresto Parlamenti Dinenfis cassatam sententiam Officialis Cabilonensis, qua condemnatus fuerat sponsum ad ducendam sponfam, aut assignandam competentem dotem, prout intra octiduum elegerat; dictumque fuit per Curiam, Officialem tantum posse cognoscere de validitate & observantia promissionis nuptialis; non autem de dote: unde & citationes in causa *dotis*, deflorationis, susceptionis partus, alimentorum, & similes declarantur abusive; uti ibidem notat Fevretius.

X. Juxta concordata inter Carolum V. & Episcopum Leodiensem potest judex Ecclesiasticus *incidenter* de dote, vel donatione propter nuptias cognoscere; cum aditus super divortio, actor in libello *principaliter* conclusit ad divortium propter adulterium, & consecutivè ad lucrandam vel perdendam dotem vel donationem propter nuptias. Similiter & de alimentis, quæ per virum aut mulierem peti contingerit; pendente divortii causa, vel de tractamento alterius eorumdem cognoscere poterit judex Ecclesiasticus, si hæc coram eo incidant, vel judicialiter petantur. Ita prædicta Concordata *tit. 2. §. 3. & 5.* Habentur parte I. Edictorum Brabantix *lib. 1. tit. 1. cap. 8.*

Notat præterea Zypæus in Jure Novo titulo *De Foro competentis num. 8.* quod licet juxta citata Concordata, cum sine prævio contractu agitur de dote constituenda inter laicos, solus judex secularis cognoscat, separatim tamen super *emenda* tantum deflorationis in Brabantia coram Ecclesiastico actio institui possit; quæ ita non semel à Senatu Brabantix fuisse judicatum testatur, et si secus in Gallia juxta Paponium *lib. 1. tit. 5. art. fin.* Quod ad Sacramentum Matrimonii eatenus spectat (ait Zypæus) quatenus alternativè deflorans ducere aut dotare cogitur, & semper fere quaritur quod ex his debeat.